



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 30. Joannis Raulini Doctoris obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI.
A. C. 1514.

§. XXX.

Joannis Raulini Doctoris
obitus.

Dupin. Bibl.
des Auth.
Eccl. t. 14. in
4. p. 92. XVI.
Siccle.

Hoc anno die septima Februarii Joannes Raulinus magni nominis Doctor rebus humanis ereptus est. Is parentibus divitiis, ac genere clarissimis Tulli natus Parisiis in Navarræ Collegio studiorum curriculum emensus est, atque adeptis omnibus Academiæ honoribus, demum sub annum Christi millesimum quadringentesimum septuagesimum nonum Doctoratus laurea decoratus fuit. Biduo post Guilielmo de Castroforte Navarrensis Collegii Rectore vivis sublato, ipse ei subrogatur, quo munere non sine magno nominis sui honore defunctus, Bibliothecam cunctis proficuam instruere cæpit, quæ tractu temporis librorum copia plurimum aucta est. Refert Joannes Major, quosdam Religiosos ad prædicandas Indulgentias destinatos Raulino auctores fuisse, ut & ipse hujus muneris socius esset, proin mercede inde aquistata impensas, quas pro Doctoratus laurea facere compelleretur, sustinere posset, Raulinum vero respondisse, ejusmodi rem Christi Ministro indignam esse, atque ideo eorum consilio nullatenus acquievisse. Post hæc autem hujus sæculi vanitatem

ac corruptionem sibi satis perspectam saecul. XVI.
 pertaesus clam ad Cluniacensium Abba- A. C. 1514
 tiam in Burgundia secessit, ibique sub an-
 num a Christo circiter millesimum qua-
 dringentesimum nonagesimum septimum
 Monachorum familiae nomen dedit, vi-
 tamque sancte, pieque exegit. Elapsis
 aliquot annis Parisios reversus, ac in Clu-
 niacensi Collegio versatus, a Cardinale
 de Ambasia Ordinem S. Benedicti ad ve-
 terem disciplinam revocare jubebatur.
 Ceterum Verbi ^divini praeconio non mo-
 do delectabatur, sed eo etiam munere
 non sine magno animarum fructu usque
 ad extremos vitae suae dies fungebatur,
 donec Parisiis mortis invidia Fidelium
 solatio ereptus esset. Non pauca poste-
 ris reliquit ingenii sui monumenta, quo-
 rum tamen potissima sunt nonnulla pie-
 tatis opuscula, sermones, atque epistolae,
 quae variis temporibus typis vulgaban-
 tur. Ejus epistolae nonnulla aevi sui fa-
 cta necnon plurima recte vivendi moni-
 ta, eaque admodum salutaria comple-
 stuntur, has tamen epistolas allegoriarum
 frequentia, ac tropi, qui passim occurrunt,
 violenter intrusi inconcinnas efficiunt.
 Earum quasdam Stephano Ponchero Pa-
 risiensi Episcopo, alias Ludovico de Am-
 basia Albensi Antistiti inscripsit, in qui-
 bus Episcopalis muneris onera, necnon
 illius pericula exposuit. Nonnullas quo-
 que

Hist. Eccles. Tom. XXXIII.

D que

Sæcul. XVI.
A.C. 1515. que direxerat ad Joannem Standuckium Theologiæ Doctorem, ac Montis-acutani Collegii Rectorem, qui Rhemensis Archiepiscopi causam defendendam susceperat, postquam Guilielmus Briffonetus auctoritate ac potentia fretus, eandem Sedem ambierat, ac demum non modo æmulum suum superaverat, sed & purpuram aucupatus erat. Raulinus epistolas suas a Standuckio publici juris factas fuisse, postmodum datis hac super re ad Cluniacensem Abbatem literis que rebatur. Trigesimam septimam inscripsit Regis Confessario, cui de moderandis Principum conscientiis sat gravia suggessit monita, ac in pericula, quibus hoc munus valde lubricum exponitur, fusiori calamo excurrit. Quod vero ejus sermones attinet, quamvis pietatis sensu abundant, nullatenus tamen velut sacræ eloquentiæ exemplar proponi possent.

§. XXXI.

Ludovici XII. Galliarum Regis obitus.

Marian. lib. 30. n. 114. Exitiales prorsus Ludovico XII. quas nuperrime cum Maria Angliæ Regis *Guicc. l. 12.* sorore contraxerat, exstiterunt nuptiæ; *Paul. Jov. in vita Leon. X. i. 3. p. 146.* cum enim nonnisi Filias procreasset, ac *& l. 14. & in* Valesii Duci, cujus prodigalitem, luxumque haud ignorabat, minus propensus